



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 20. Philippus in Angliæ Regno solemniter exceptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. XX.

Sæcul. XVI.

A.C. 1554

Philippus in Angliae Regno solemniter exceptus.

Adventanti Philippo Regina obviam *Thuan. l. c.* præmiserat Pagetum, Rotelii, & *Natalis l. 8.* Arondelii Comites, necnon privati Sígilli custodes, ac supremum Regni Quæstorem, qui omnes Periscelide ornati erant Equites. Aderat quoque Navigularius Marchio dudum apud Reginam Legatus. Hi una omnes Philippo Principi Equestris Ordinis insigne, quod quadragies mille libras Sterlingorum nummorum pretium æquabat, offerebant: altera autem die Philippus návivm Regio apparatu insignem, quæ a Regina submittebatur, conscendit, ac ipse comitantibus eum Albæ Duce, Rui-sio Gomesio de Sylva supremo Cubiculariorum Præfecto, Antonio Toletano, ac Petro Lopesio in terram descendit, ac equo superbe ornato, qui ad id paratus erat, vectus recta ad Ecclesiam Cathedram contendit, ubi Hymnum Ambrosianum decantari præcepit. Postera die suum Regii cubiculi Ministrum

C 3 una-

exinde Continuator utilitatis, vel gloriæ assequitur, si Hispanis, dum eis animi levitatem objectare non potest, morum gravitatem exprobrat.

Sæcul. XVI unacum duobus Hispaniæ Proceribus
A. C. 1554. Viacomiam ad Reginam, quæ ibidem
 Philippum præstolabatur, salutatum præ-
 miserat, eidemque gemmas longe pre-
 ciosissimas donavit, quarum valor ultra se-
 ptuaginta Hispanorum aureorum (*) mil-
 lia ascendebat. Postea ipse met Princeps
 Viacomiam ad Reginam venit suis
 Proceribus, ac Angliæ Primoribus,
 aliisque magno numero hujus Natio-
 nis Nobilibus stipatus.

§. XXI.

*Nuptiæ Philippi cum Maria Reginæ
 Viacomiae celebratae.*

Dies vigesima quinta Julii Divo Ja-
 cobo sacra regiis destinabatur nu-
 ptiis, quæ etiam inter Philippum, &
 Mariam Viacomiae hoc modo celebra-
 bantur. Præstolabatur Regina Spon-
 sum in sublimi loco ad id erecto consi-
 stens, quam Philippus accedens, at-
 que officiosa salutatione honorans am-
 plectebatur, illamque prehensa ejus
 manu per quatuor circiter passus ad
 thronum deducebat, ubi illa confide-
 bat, futurus autem illius Sponsus penes
 eam aliud occupabat solium. Posthæc

Joan-

(*) Hi nummi vulgo vocantur *Doppia*, seu
Pistollæ, quorum quilibet æquivalet quatuor
 Imperialibus.